

## 250 De Regia Protect. vi oppress. appell.

quando ipsa sententia aliquo defectu sive jurisdictio-  
nis, sive citationis, sive ordinis omisso, alterius cuius-  
cumque actus substantialis judicii, vel actus necessarii,  
nullam esse constet; quia lex, vel dispositio de ea ex-  
equenda mentionem faciens, semper intelligenda est de  
sententia valida; non autem de nulla ex praefatis Doc-  
toribus, & latè à nobis explicatur dicta tercia parte, ca-  
pite nono, à principio.

<sup>19</sup> Cùm igitur verum sit inhibitionem minùs canonice expeditam, nullam esse & nullius effectus, inferiori-  
remque nullo modo arretet, ut constat ex dispositione sacri Concilii sessione 22. cap. 7. cujus sunt verba: Legati, & Nuntii Apostolici, Patriarchæ, Primate, & Metropolitani in appellationibus, ad eos interpositis, in quibusvis, tam in admittendis appellationibus, quām in concedentis inhibitionibus post appellationem servare teneantur formam, & tenorem sacratum institutionem, & præsertim Innocentii IV. quæ incipit: Romana quacunque consuetudine etiam immemo-  
riali aut stylo & privilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones, & processus, & inde se-  
quuta quacunque sint ipso jure nulla: idem etiam probat text. in cap. Romana, cum §. si vero & si autem, (renovatus per Tridentini decretum) de appellationi-  
bus in 6. nota Speculator tit. de appell. §. de officio, ver-  
sic. sed queritur. Felin. in cap. dilectus, el secundo colum.  
penult. de scriptis. Geminianus in dict. cap. Romana, §.  
si autem, & si vero, Maranta de ordine judic. sexta parte,  
tit. de appell. num. 196. fol. 195. & in terminis d. Concilii ejus mentionem faciens tenet Gratian. in regul. 40. in princip. Gondizalus de Paz in praxi, quinta par. tom. 2. cap. unic. nu. 24. Lancelotus Robertus de attent. se-  
cunda parte, cap. 20. in prefatione, questione 5. nu. 165. qui omnes dicunt, hoc decreto renovatum esse in to-  
tum, & per omnia dict. cap. Romana, cum suis §. de appellat. in 6. Rota decisione 6. de appellat. in antiquis, Marta in compilati. decisione tomo 1. titulo de inhibition. cap. 10. & 11. Joachin. Minsing. decisione 87. part. 3. Gaspar. Guillelm. in Rota decisione 81. & 130. & de-  
cisione 219. parte 3. Marquesan. de commissio. secunda parte, cap. 1. num. 52.

<sup>20</sup> Tunc namque dicitur secundum magis receptam, & communem sententiam canonica inhibitione: quando facta fuit prævia causa cognitione, & citata parte, ut testatur Covarruvias in practicis quæst. cap. 24. num. 3. ubi alias ad id allegat. Robertus Marant. ubi proxime, in dict. titulo de appellat. num. 196. Decisio Rota 54. alijs 412. si appetetur, num. 2. de appellat. in novis, & deciso 75. alijs 357. nota quod attentata, de appellat. in antiquis Parisiis consilio 372. in causa num. 15. libro quarto, Roland. à Valle consilio 372. in causa n. 15. libro quarto, Roland. à Valle consilio 77. viso numero 24. libro secundo, tomo 1. Ruinus consilio 61. in lite, numero 28. libro 5. ubi alias allegat Ozascus decisione Pedemont. 5. certo die, sub num. sept. Felinus in cap. dilectus, el secun-  
do, nu. 24. de rescript. Vitall. in tractatu clausul. in clausula nihil novari.

<sup>21</sup> Quoniam modo hæc cause cognitione fit adhibenda à superiori, antequam inhibeat in appellatione ab interlocutoria, vel à diffinitiva, vide exactè per Lance-  
lotum de attentat. d. parte, cap. 20. In prefatione, à num.  
12. & à numero 133. ubi circa interlocutoria, & per Gonadalvum de Paz in dict. cap. unic. num. 14. per totum quod an verum sit, inferius apparebit à num. 81. cum sequen-  
tibus, ubi consideravi, esse specialissimam in causis Tridentinorum decretorum, ut nulli inhibitione obtem-  
peretur, imò ea non obstante sit Ordinario permissa inno-  
vatio, seu executio.

Declarata insuper ea, quæ cumulat Lancelotus in sepe citato loco, ampliatione 11. affirmans, quod de stylo Rota inhibitionem non canonicanam, seu alijs nullam, & in justus facere attentata, reddens ibi rationem stylis, de quo etiam per Marquesanum in tractatu de com-  
missio. secunda parte, cap. 1. num. 53. ut hic stylus, quantum ad nos attinet, non est inconveniens, quominus procedat regula suprà tradita, vim scilicet fieri, si non deferatur appellationi ab inhibitione non cano-  
nica, & invalida: imò potius etiam stante dicto stylo appellatione

rem in via ponere, quæ queat facillimè huic nostræ cas-  
dem doctrinas applicare, itaque ubicumque inveneris inhibitionem non canonice expeditat vel alijs nullam de jure reputam, quæ scilicet peccat in aliquo, quod de sui natura esset necessarium, ibi debes appellationem admittere, cùm justa, & legitima reputetur; potésque applicare regulam d.l. §. condemnatum ff. de re judicata, ex his quæ satis sursum comprobavi.

Et prius, ut hinc ad alia abeamus, unum porrò erit, necessarium in materia inhibitionis concordare, quod quemadmodum apud Doctores invenitur scriptum, magnam partem confusione; dicitur enim per allegatos à Lanceloto in prima limit. princ. d. cap. 20. quod inhibito minùs canonica non facit, nec causat attentatum, vel quando fiat, & expediatur contra jus, ut quando appellationis frivola virtute decernitur, vel alijs in casu, in quo à jure appellatione prohibetur, ut in con-  
victo, & confessio, & in notoriis, & similibus; aliter etiam videmus quod in his causis inhibitione attentata faciat & causet, ut probatur in cap. Romana, §. si autem, post sententiam, in casu jure prohibitis &c. de appellat. in 6. renovatum per Tridentini. suprà, quod sic explica, ut texus procedat, quando ultra causæ cognitionem, quæ in ceteris adhiberi debet, alia adhibetur cognitio de causa justa, vel injusta appellationis, & an appellatio recipienda sit, vel non, per acta processus, quia tunc quando judex superior ita coepit cognoscere, potest etiam in causis non appellabilibus inhibere inferiori, quia omnino debet in executione supersedere sententia, ut advertit ex aliis Gonadalvus de Paz in praxi, 5. part. tom. 2. cap. unic. num. 14. Maranta tit. de appellat. num. 196. & 197. quomodo accipienda sunt quæ dixit Lancelotus etiam in dict. prefatione, quæst. 5. num. 150. cum sequentibus, & idem Lancelotus ubi suprà ampliatione 1. per totam; secus autem est dicendum, quando pæfata cause cognitione omessa fuit, quia tunc inhibitione non fuit attentata, ob quod ei jus resistit, ut tener Paz, & alii citati, & sic procedant quæ Lancelot. cumulat in dict. cap. 20. in prima limis. & ita sunt intel-  
ligenda, quæ infra lib. 3. cap. fin. & in terminis hujus declarationis expressæ faciunt etiam, quæ dixi eadem libro 3. cap. 15. a numero 68. ubi tractavi de judice su-  
periori, quando o possit cognoscere, an appellatio sit le-  
gitima, & admittenda, neque, ubi in hoc proposito plurimos Doctores citabo, quos vide.

Et in hunc sensum accipienda Concilii Tridentini decreta sessione 23. de reform. cap. 10. & sessione 25. de reform. cap. 14. ubi disponitur, quod non obstante quacunque inhibitione superioris sententia Episcopi super visitatione, aut morum correctione, aut concubinatu executioni mandetur, quia debent ea decreta intelli, quando inhibitione à superiori data esset absque eo, quod appellatio prius justificata esset ex acti, processus prima instantie, secus autem si ea pæmissa ex-  
pedieretur inhibitione, quia tunc recte decerni potest, ut tenet, intelligentie, & explicat d. Conc. decretata Gonadalvus de Paz in dict. cap. unic. num. 14. per totum quod an verum sit, in inferius apparebit à num. 81. cum sequen-  
tibus, ubi consideravi, esse specialissimam in causis Tridentinorum decretorum, ut nulli inhibitione obtem-  
peretur, imò ea non obstante sit Ordinario permissa inno-  
vatio, seu executio.

Declarata insuper ea, quæ cumulat Lancelotus in sepe citato loco, ampliatione 11. affirmans, quod de stylo Rota inhibitionem non canonicanam, seu alijs nullam, & in justus facere attentata, reddens ibi rationem stylis, de quo etiam per Marquesanum in tractatu de com-  
missio. secunda parte, cap. 1. num. 53. ut hic stylus, quantum ad nos attinet, non est inconveniens, quominus procedat regula suprà tradita, vim scilicet fieri, si non deferatur appellationi ab inhibitione non cano-  
nica, & invalida: imò potius etiam stante dicto stylo appellatione

## Pars II. Cap. X.

251

appellatio suspendit talis inhibitionis effectum devolvit ad superiorem causam juxta titulum ff. nihil. novari appellatione pendente, & ea quæ suprà diximus. Deinde quia dictus stylus procedit in Rota, non autem extra ipsum, ut tener & adverbit Lancelotus prima limitat. princ. num... & sequenti, ubi etiam inquit ex aliis authoritatibus, quod stylus Rota non attendit extra curiam in lite vertente partibus, ubi allegat ad hoc plures decisiones Rotæ: vide quod latè suprà 1. p. 3. à num. 19.

Hodie tamen ex nova dispositione sacri Concilii Trident. dict. sess. 22. de reformatione, cap. 7. hic stylus non potest procedere, nam cum per ipsum renovatum sit cap. Romana, de appellationibus in 6. idque in omnibus, & per omnia custodiri decernitur, omnino ad jus commune redactum est, facta expressa derogatione cuiusque consuetudinis, stylis, & privilegiis, ibi, servare teneantur formam, & tenorem sacrarum constitutionum, & præsertim Innocenti Quarti, quæ incipit Romana, quacunque consuetudine etiam immemo-  
riali, aut stylo, & privilegio in contrarium non obstantibus, &c.) & hoc ita etiam, licet in casu quodam particulari animadvertisit Lancelot. dict. cap. 20. in pre-  
factione, questione 5. num. 165. & probatur etiam expres-  
sæ in nova Cardinalium declaratione super ejusdem Concilii decreto ibi cap. Romana, de appellatio. in 6. servari deber etiam appellationibus ad Sedem Apostolicam interpositis, &c.

<sup>29</sup> Hæc omnia, quæ hactenus dicta sunt, locum tan-  
tum obinvent in inhibitionibus perpetuis (ut vides) nunc autem inquirendum esse, quid in temporalibus dicendum, necessitas, & utilitas suadent. Et quoniam est frequens quæstio; imò de tali inhibitionum genere raro apud Doctores mentio fit, eam ad partes, quæ citius potuero, examinabo. Et in primis, hujus dupli-  
cis generis inhibitionis temporalis scilicet, & perpetua meminisse reperio legem Regiam 55. titulo 5. lib. 2. re-  
copilation. ibi: No se inhibicion aliqua aunque sea tem-  
poral. &c. iterum, ibi: que nigm Oydr semanero pueda dar inhibicione perpetua, ni temporal, &c. & ista temporal inhibitione utuntur nonnulli superiores ju-  
dices Ordinari, vel delegati, de causa appellationis cognituri, quæ præcipiunt inferiori, ut per aliquod tempus necessarium ad transferendum processum, & se ex ejus actis informandum de legitimis appellationibus, in causa, & sententia executione supercedat, ut notant Paz & Zerola statim citari, de quo idem in l. 54. antecedenti d. tit. 5. cedem lib. 2. recop. ibi: Y mandar sobre ser en la execution, & iterum: Y que antes de inhibir mandar sobre ser, &c. & idem probatur in l. 1. titul. 2. lib. 3. recopilat. quapropter non abs re est, ut hoc genus inhibitionis temporalis, sobre cesseria à nonnullis prag-  
maticis appellata, sumpto vocabulo à supercedere, quod significat dilationem, donec aliquid sit: text. el in c. 2. ibi, donec Romanum Pontificem consulant executioni supersedeant utrurumque, &c. de offic. delegati.

<sup>31</sup> Quo cognito videtur judicem Ecclesiaticum vim non facere, si ab hac temporali inhibitione, à superiori expedita, appellationi emissæ non detulerit. Primo, quia talis inhibitione per aliquod dies nullius, vel saltem modici, & parvi judicij esse potest: textus est in l. si debitori, ibi, nec enim damnum magnum est in mora modici temporis. ff. de judicij, sed ubi consideratur modicum, & temporale præjudicium non plenum, minimè etiam admittitur appellatio, l. 1. cum ratione, Cod. si de momentanea possessione fuerit appell. ubi ideo in possessorio negatur appellatio, quia non perpetuum, sed temporale, & momentaneum est ejus præjudicium, interim dum super proprietate, & judicio plenario terminatur lis: ergo idem dicendum venit in appellatione ab hac inhibitoria.

Secundò, quia forma, & solemnitas in jure descri-  
pta

præ inhibitionibus, prout est cause cognitio, & citatio partis, locum habet in perpetuis, de quibus tantum loquuntur jura, & Doctores hucusque à nobis relati, non verò in temporalibus, ut ex his patet, sed forma, & solemnitas requisita, & tradita à lege, seu disposi-  
tioni alicui actui perpetuò adhibenda, non extenditur ad eundem actum temporalē, seu ad modicum tem-  
pus celebratum, textus est in clem. i. ibi, ad tempus modicum faciendas declaramus non extendi, &c. de  
rebus Ecclesiæ non alienan, ubi, & alibi passim Doctores notant; ergo præfatae formæ omissione inhibitionis non debet vitiare temporales, quo casu cestat jam regula, lib. 4. §. condemnatum, ff. de re judicata, de qua suprà dixi ad inhibitionem perpetuam, imò manet talis inhibitione in meritis terminis interlocutoriæ sententie, à qua regulariter non appellatur, ut in perpetua diximus solemniter expedita.

Maxime quia per talem inhibitionem ad tempus, & cui satisfieri statim potest, non dicitur ablata jurifictione, quia hoc differtur, non auferitur: textus est in l. quoties, Cod. de precibus Imp. offerendis, ita in similibus terminis (nempe dum acta ad principem trahuntur, ad quem clericus oppressus configit) dicit Octavianus Cacheran, in decisionibus Pedemontanis, decisione 30. num. 18. ad fin.

Et huic praxi, & generi inhibitionis assentitur Gon-  
dizalus de Paz in praxi, 5. part. tomo 2. cap. unic. num.  
14. versiculo solent tamen nonnulli, folio 58. ubi dicit, quod nonnulli superiores eo ipso, quod appellans coram ipsius præsentatur cum Apostolis, si est excommunicatus, solent eidem dare mandatum, quo præcipiunt judici inferiori, ut per quindecim dies, vel aliud certum tempus excommunicatum absolvat. Vel quando causa est criminalis; ut supercedat executioni sententia per aliquod certum tempus, interim dum acta processus ad ipsos transportent, quibus vissis, & inspectis, vel ad inhibitionem perpetuam, vel ad remissionem causæ deveniant, cujus etiam ad idem meminit Zerola in praxi Episcop. secunda parte, verbo appella-  
tio. §. non queritur.

Hanc etiam partem defendere curant nonnulli ex doctrina Andreae Gailli. lib. 1. observatione 144. consti-  
tuente differentiam inter appellationem à diffinitiva, & ab interlocutoria, ut in illa judex superior statim cum citatione possit inhibitionem expedire, in ista au-  
tem non cuivis reddit rationem ibi: ex quo constat ante citationem, auctorum exportationem, & causa cognitionem posse inhibere; idem etiam probant ex Staphileo de literis gratia, & insit. versicul. in commissionibus justitiae, fol. 333. versic. nihilominus hoc non obstante, qui indistinctè tenet, itaque practicari affirmit, quibus omnibus constare videtur, ab hac inhibitione tem-  
porali, tanquam ab interlocutoria (ex his quæ suprà, de perpetua dixi) maximè cum canonice expediti dicatur, etiam non adhibita causa cognitione, appellari non posse.

Sed his non obstantibus, contrariam partem de jure veriore esse videtur, vim fieri declarandum, à temporali inhibitione appellationi deferendum fore, ex d. dispositione sacri Concilii Tridentini sessione 22. cap. 7. quæ generalis est, apta apprehendere quocunq; inhibitionis genus, ibi; inhibitionibus post appella-  
tionem, & iterum, ibi, aliter inhibitiones, &c. ac ideo cum generaliter loquatur, & absque distinctionis fecere, ista determinatio ita intelligenda est, l. em-  
ptor, §. Luctus, junta gloss. ff. de pactis, in fraudem, §. ultimo, ff. de militari testamento, & quia generalis legum dispositio, & statutorum includit omnes casus, licet in uno major ratio esse videatur, quam in alio. l. 1. §. quod autem, ff. de auctorib. l. ultima, §. uxori, ff. de auro & argento. legato. & quæ latè adduximus suprà, in c... quæ huic omnia adjicere poteris. Ergo forma illa

## 252 De Regia Protect. vi oppress. appell.

descripta à jure inhibitionibus cum clausula irritantes scilicet, causæ cognitio exæstis processus cum citatio-ne partiis, &c. pariter adaptatur inhibitionibus tempo-ralibus, cùm ab utraque idem oriatur inconveniens, idem Menoch. de arbitrar. q.98. à n.6. & in aliis etiam pluribus casibus, ut videre licet per Capitulum dec.167. n.3. Guido Papæ decisione 50. n.2. Gratian. in regula 326. Afflictis decisione 823. cum pluribus aliis infra, suo loco citandis. Er quod illa requisita pro forma inhibitionis requirantur, probat d. Trid. decretum, ibi<sup>42</sup> quām in decernendis inhibitionibus, ut prius ex actis cognoscat, an jure, vel injuria petatur inhibitiō; potuisset enim hac captiosa via aperta, passim & assidue juris intentio transgredi, multoties cupiendis, non nullas sententias debite executioni pertrahi, appellatione non obstante, quæ vis completeretur, nisi hujusmodi impertinens, cautelosa, & calumniosa rimula clauderetur, ut constat ex dict. l. Regia 54. titulo quinto, libro secundo recopilatione, ibi: Que muchas veces se siguen muchos inconvenientes, &c.

37 Idem etiam exp̄sè comprobo ex autoritate saltem legis Regie 55. & l.54. tit.5. libro 2. recopilar. ubi disponitur, quod etiam auditores supremorum tribunaliū non expedient inhibitiones, etiam temporales ante exportationem auctorum, & causa cognitionem, ut constat ex dict. l.55. ibi: No se de inhibitione aliqua aunque sea temporal, hasta tanto, que el proceso se trayga a nuestra audiencia, y sea visto en ella, &c. & iterum: Que ningun Oydo semanero pueda dar inhibitione perpetua, ni temporal, y se le llevaré a el en provision, la remi-ria a la sala, para que allí se vea por tres Oydores, & in l.54. ibi: Que antes que los dichos nuestros Presidentes, y Oydores sobre ello provean lo miren mucho, y que antes de inhibir, o mandar sobre ser, manden nos otros Corre-gidores, &c. que imbién la razon dello, &c. Ex quibus juribus satis maturè à tam gravissimis conditoribus late patet, eandem formam, & eandem solemnitatem fore necessariò adhibendam in inhibitionibus tempora-ibus, quæ in perpetuis, quæ leges satis saltē declarant jus commune, & Tridentinum, si forte foret ob-scūrum hac in parte.

83 Quod etiam probari videtur ex decreto Conc. Trid. fff.12. de reformat. c.3. ubi prohibetur ad absolutio-nem appellantis non procedi, nisi vīs actis superiorum, ibi, appellans coram judice, ad quem appellavit, acta primæ instantie omnino producat, & judex nisi illis vīsi ad ejus solutionem minimè procedat, &c.

39 Quo supposito recte infertur, vim fieri, si appella-tionis interposita à temporali hac inhibitione non de-feratur, nam cùm formæ, & solemnitatis in ea ex-pedienda requisitæ omisso ipsam vitiare conset, red-datque nullam; sequitur, ut exequi non possit ex re-gula l.4. §. condemnatum, de re judic. ac propterea, ap-pellatio legitima reputatur, & ut tali ei deferendum, ut supra dixi, inhibitione perpetua minùs canonice ex-pedita, quod omne in hac temporali locum habet, quo satisfactum remanet secundo argumento contrariae partis, quo dicebatur, formam à jure requisitam tan-tum obtinere in perpetuis inhibitionibus, quia jura de temporalibus mentionem non faciunt, quia contrarium verius esse, probavimus ex sui generalitate, & virtute, modoque disponendi.

40 Nec etiam obstante cetera, & non primum, cui fa-teor ex ratione, nempe, modici, & temporalis præjudici inhibitionem temporalem reddi inappellabilem, quando scilicet in ea servatur forma à jure inducta, & sic quando expeditus vīs actis processus, & cau-sa cognitione adhibe, quæ in ea requiruntur, ut di-ctum est; secus autem, quando in d. forma peccatur, quis formæ omisso reddit actum appellabilem, licet alias inappellabilis esset, ut in eodem judicio momen-taneæ possessionis, & remedio dict. l.1. Cod. si de momen-tan. possessione, &c. in argumento allegata, & probant

multi relati à Menochio de adipiscenda posse f. remedio 4. à n.844. cum sequentibus, Pedemont. dec.2.5. num.22. Rodriguez de annuis redditibus, l.1. c.17. à num.66. idem Menoch. de arbitrar. q.98. à n.6. & in aliis etiam pluribus casibus, ut videre licet per Capitulum dec.167. n.3. Guido Papæ decisione 50. n.2. Gratian. in regula 326. Afflictis decisione 823. cum pluribus aliis infra, suo loco citandis. Er quod illa requisita pro forma inhibitionis requirantur, probat d. Trid. decretum, ibi<sup>42</sup> quām in decernendis inhibitionibus, ut prius ex actis cognoscat, an jure, vel injuria petatur inhibitiō; potuisset enim hac captiosa via aperta, passim & assidue ac-tum vitiare, text. in l. cum ibi, §. prætor, ff. de transactio. 43 l. hac consultissima, circa prin. C. de testament. authentica porrectum, C. de sacrosan. Eccles. cap. cum dilecta, de rescript. cap. Pisanis de restitu. spolia, c. venerabili, de officio deleg. & latè prosequitur, explicat, & declarat Vantius de nullità. sententiārum, tit. quot, & quibus modis nullitas, &c. a n.48. cum pluribus sequentibus, & in specie probat Trid. ibi, aliter inhibitiones, & processus, & inde sequuta, quocunque sint ipso jure nulla. Igitur licet de per se talis temporalis inhibitione canonice ex-pedita ea ratione, de qua in argumeto fiat inappellabilis, tamen si minus canonice, & absque causa cognitione expedita, cùm nulla reddatur, appellabi-les efficitur ex his authoritatibus relatis per regulam l.4. §. condemnatum, ff. de re judi. de quo latè infra, 3.p. c.9. à principio.

Et minùs obstat, quod ex Pedemont. diximus d. deci-44 sione 30. quia loquitur in multū diverso casu, scilicet; quando acta transportantur ad Principem de violencia facta à judice Ecclesiastico cognitionam, in quo extrajudicialiter proceditur, & non servato juris ordi-nē, & omnibus ejus solemnitatibus postpositis, ut latè probavi supra, c.1. & principiū cap.7. in 1. part. quia cùm tunc hæc extrajudicialiter defensio illi permittatur, nihil mirum, ut saltē ex urbanitate, & debita rever-tientia Ecclesiasticus interim conquescat.

Nec obstar ultimum ex Andrea Gaill. doctrina con-45 stituentे differentiam inter inhibitionem emanatam vir-tute appellationis à diffinitiva, & ab interlocutoria, quæ quidem fallax est, quia in utraque causa cognitione requiritur, ut de diffinitiva probat Aretin. in consil. 75. diligenter, col.4. Lopus allegatione 161. Roland. à Valle consil. 77. vīs n.24. lib.2. Vitallinus in tractatu de clau-sulis, in clausula nihil nova. appell. pendent. nu.23. ver-siculo superest nunc, Covarruvias in practic. c.24. nu.3. Minfingens singul. obser. centur.1. decis.31. August. Beroius consil. 119. ex ultima, nu.4. lib.3. & aliis plures relati, & sequuti à Lanceloto Robert. de attenta.2. part. cap.20. in prefatione, quest.4. num.112. cum pluribus sequentibus. De inhibitione autem emanata vigore 46 appellationis ab interlocutoria (in qua etiam exactior requiritur causa cognitionis) videre est cæteros tacendo, per Lancelotum proximè loco relato, nu.133. cum se-quentibus. Minùs obstat Staphilei doctrina de stylo testantis, is enim abrogatus stat hodie expressè per dictum Concilii Tridentini decretum cap.7. sape relatum, ut & nos jam probavimus supra.

Et licet in puncto juris resolutio hujus questionis 47 verissima sit, in disputando, pro qua quondam ubi observata, vidi plures in hoc Senatu vim fieri, appella-tionis à supercessoria, ac inhibitoria temporali vim face-re non deferentem, declaratum, postmodum autem cùm inter omnes judices Ecclesiasticos Ordinarios, & de-legatos frequentatus est, & prævaluit stylus hujusmodi inhibitionis temporalis, per Rotam pariter approba-tus, non inamerito etiam illum attendentia suprema tribunalia, vim non fieri quotidie declarant, illi omni-no inhærendo, quoad violentia cognitionem, de quo styllo inter judices Ecclesiasticos testantur decisiones Rota 40% incipit, si actor presens, in novis, Paul. E-mil. Verall. decisio.13. num.4. lib.2. Camill. Borell. in

summa

## Pars II. Cap. X.

253

summa decis. titulo de citatione, n.497. Zerola in praxi, verbo, appellatio, §.2. 1.p. Marquessan. de commis.1. part. cap.1. num.32. cum sequentibus, Paz in praxi, cap. de forma procedendi in foro Ecclesiastico, 5.p. tomo 2. cap. uni-co, n.1. 4 fol. 58. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archep. cap.6. n.6. in fin. & idem Marquessan. ubi proxime, 1. part. cap.27. num.56. apud quos latissime de materia supersessoria videre poteris: ac propriea vim annullum facere judicem Ecclesiasticum, negantum delationem appellationem interjecta ab hujusmodi inhibitione tem-porali, decernitur in Senatu.

49 Alia etiam est supersessoria, quæ datur à judice contra partem, ut interim supersedeatur in aliqua re, seu articulo, quæ etiam absque partis citatione potest re-vocari, dummodo revocatio intimetur, de qua latè videre poteris Gratian. disceptat. forens. 2. part. cap.322. à n.1. cum duobus sequentibus, & nos supra, c.4.n.101. hac. 2. part.

50 Unum tamen notandum in hac materia non dis-simulabo, ut omnia ea, quæ haec tenus dicta sunt circa utramque inhibitionem, & perpetuam, & temporalem, quæ ut vides, procedunt in appellatione emissa ab earum inhibitionum expeditione, & sic à judicibus eas expedientibus, volo ut repetas; & pariter exten-das, in appellationis interpositis à judice inhibito, qui virtute aliquis inhibitionis se pro inhibito habet: nam propterea ab ipso appelletur, & pro delatione appellationis Regia curia aedatur, duplice declarari solet: nam siquidem ipse judex se pro inhibito det vir-tute inhibitionis à jure permitta, & solemniter, canonicę expedita, tunc vim non fieri declaratur; quemadmodum si appellatur à judice expediente, diximus; cæterū si se inhibitus dicat virtute inhibitionis nulla, & minus legitimæ, ac non canonice expedita, tunc tertium genus decreti solet decerni, nempe: Que si reassumiendo la jurisdiction no haze fuerat, y no la rea-sumiendo la haze otorgue, y reponga, &c. juxta qua-notant communiter Doctores, præcipue Abb. & Fel. in cap. significantibus, de officio delegati, & Capiclus de-sitione 1. n.27. cum sequentibus, ubi latè tractatur, quando possit judex, qui à la jurisdictionem abdicavit, ite-rum realsumere. Et nos copiosè supra, c.5. in 1.p.

52 Hic & ordine successivo difficilis illa se offere discutendi quæstio; ad quam namque curiam, supremumque tribunal ipse appellans debeat confugere, ac recur-rere pro delatione appellationis emissa ab inhibitione expedita ab uno judice Ecclesiastico, existente sub distictu unius tribunalis Regii contra alium judicem, degentem in distictu alterius, & ut in te hac perfunctoriè agatur tres causas debes distinguere: siquidem namque appellatur ab expeditione inhibitionis tantum, aut à dante se pro inhibito, aut ab expeditione, & datione se pro inhibito simul. Primo casu dicendum 53esse puto, ad eam curiam recurrente esse, sub cuius distictu inhibent deget: enim vero si ab expeditione inhibitionis ab ipso facta appellatur & non ab effectu; coram ipso necessaria appellatio proponenda est, & praesentanda, ut notat Philipp. Franc. in c. si jussus, col.4. de appell. Bald. in l. apertissimi, column.1. Cod. de judi-cis, & alii relati per Marant. de ordine judic. 6.p. titulo, de appellat. n.121. cum sequentibus, Innocent. in cap. fin. in fin. de appellatio. Abb. in c. suggestum 15. sub num.4. de appellat. Franch. in c. ut debitis, de appell. sub n.1. nota.3. & q.3. num.12. & ibi Cardin. Alexand. num.8. latè ipse Franch. in d. c. fin. sub n.17. Card. Alexand. sub n.11. de appellat. Speculator titulo de appell. §. nunc dicemus, n.10. lib.2. fol. 194. Papiens. in forma appell. à sententia diffiniti. in gloss. coram vobis, num.11. vers. quinto queritur, fol. 406. Socin. consil. 39. cap. primū sub n.32. l.4. Rota decis. 50. alias 29. si appellatur, sub n.1. de appell. in novis. Grammatic. decis. 36. solen. n.76. Joan. Ferrat. tractatu de appellat. lib.2. cap.3. n.13. tomo 5.

Salgado de Protect. Rég.

fol.68. Nicoll. tractatu de concord. glos. concer. 6. fallen. 44. nu.85. tomo 18. fol. 195. Vestrius in praxi, l.7. cap.3. n.27. Gravatus in additio. ad eum, n.57. Lancelot. de attent. 2. p. c.12. amplia. 15. n.1. de limit. 50. num.184. Petrus Surd. consil. 228. n.1. l.2. Scaccia de appell. qu.6. n.1. qui num.6. dicit aliter nullam esse appellationem, nec suspendere: tenet Franc. in cap. cum si Romana, 5. num.6. & cap. fin. sub num.17. Cardin. Alexand. sub n.11. appell. Gramma, d. dec.36. num.77. Lancelot. de attenta. d. cap.12. ampliatione 4. nu.2. & 3. & lim. 50. num.7. & n.184.

Et licet de jure in tribunali, & præsentia judicis de-55 beat præsentari secundum Surdum consil. 228. sub nu.1. lib.2. & alios passim: fama de stylo sufficit, ut in officio notarii schedula appellationis præsentetur, postmodum legenda judici, de quo testatur Scaccia ubi proxime, n.40. & passim alibi, vide cap.1. n.80. supra, hac 2.p. cui appellationi si non defert, subintrat violentia, de qua sola, & de quo solo oppressus appellans con-56 querendus est in tribunali, actusque oppressionis, & violentia integer, & perfectus est tunc absque alterius dependentia, quia ab ejusdem judicis facto tantum appellatur, ab expeditione scilicet, & ejus tantum facto, prout est violentia, conqueritur: ergo de primo ad ultimum sequitur, ut curia, sub cajus distictu hic de-igit, de cuius violentia tractatur, pertineat ista cognition, iuxta l.39. tit.5. l.2. recopilati. ibi: declaramus, que los tales procesos vaian acada una de las dichas audiencias, debajo cuyos limites estubiere el juez Ecclesiastico, y alise determiner los Oydores della, &c. juncto c. fin. & ibi gloss. de foro compet. c. si peccavit 2.q.1. c. placuit 6.q.3. c.1. ubi gl. & omnes de raptorib. text. in l.1.C. de juris. omnium judic. l.1. & l.1. cui, §. penalt. ff. de accusatio. au-thentica qua in provincia, C. ubi de criminis agi oportet, cap.1. l. solent, ff. de custodia reorum, l.1. ubi senato vel cleri. cum aliis, maximè cum delinquere dicatur judec appellationibus legitimis non deferens, c. de priore, de appellatio. & ut delicto infligitur à jure pena; scilicet depositionis in criminalibus causis, in civilibus arbitria-riis; gl. verbo de tanto excessu, in d.c. de priore, per text. in c. ant decreto 2.q.2. text. in l. quoniam judices, C. de ap-pellationibus. Philipp. Franch. in d. c. de priore, col. fin. Ludov. Roma consil. 5001. col.2. Marant. ubi proxime, nu.199. & ad propositum mirabilis ex doctrina Aloys. Ricci in praxi d.326. quæ attendenda est pro hujus membris resolutione.

Et mirificè, magisque in specie facit ad propositum 57 resolutio illius celebris quæstionis, quam latè tractant Alber. en l. heres absens. §. Labonem, & ibi Jacobin. de sancto Georgio. n.1. Curtius junior n.2. & Lancelot. Dec. ff. de judic. Paul. Castrensi. in leg. si ut proponitur, & ante cum Bart. & Jacob. de Aten. n.2. ff. ne fidejusso. Marsil. singul. 404. incipit forum, & in l. unica n.252. C. de raptu virg. Angel. de malefic. in verbo existens Floren-tia, n.2. & ibi Angel. in addit. Fel. in c. fin. de foro compet. n.1. Gabr. conclus. 1. l. n.27. in 7. amplia. Marsil. in l. fin. n.209 ff. de jur. own jud. Abb. in d. c. fin. n.27. Mariá. Socin. in c. postulasti. de foro compet. n.4. Duenas reg. 378. in 3. ampliatione. Placa in Epitome deliforum. c.15. n.16. & 17. l.1. Prac. Conna. tit. de inquisitione, n.16. vers. subiungit tamen alio eas, Remig. de immunit. Ecclesi. fol. 116. in 5. fallen. n.3. Clarus in pract. crim. q.18. ver-sic. item quer. Bonacosa in commun. opin. 1.p. vers. man-dans fieri delictum, pag. 109. in 4. col. Foller in pract. crim. verbo. audiantur excusatori, n.103. scilicet; quo distric-tu punitur, & convenit ut, qui existens in uno ter-ritorio mandat alicui, ut delictum committat in alio, in quo stat, resolutio est secundum Prosperum Farin. in pract. crim. q.7. n.18. vers. quid tandem dicendum, 1. tomo; quid quando sumus in casibus, in quibus effectus puniatur, etiamsi non sequatur effectus, & sic ut in solo mandato sit perfectus actus delicti, etiamsi nondum

Y nondum